

occultum, ita quòd nullus præter ipsum & ip-
 fam affinem sciunt, & tunc præter peccatum
 nullam pænain iurìs incurrit, neq; ipse, neq;
 ipfa, secundum Ange. Incestus. §. 4. & secū-
 dum Sil. Luxuria. §. 4. qui adducūt pro sua
 opinione Panormitanum, hoc dicentem in ca-
 pitulo literis de præsumptionibus, 27. q. 1.
 Si quis sponsam, & hoc dictum est rationabi-
 le, ne scilicet occultum peccatum deueniat
 in publicum, quod esse nõ debet, secundū Sco.
 in. 4. dist. 15. & dist. 21. Aut incestus est ali-
 qualiter notus putà per suam cōfessionem pu-
 blicè factam, vel per euidentiam, vel per te-
 stes, & tunc talis incurrit duplicem pēnam,
 Prima est, quia exigere debitum ab vxore nõ
 potest, & si exigit peccat, reddere tamen tene-
 tur petenti. c. 1. de eo qui cogno. cōsan. vxo.
 suæ. Quæ quidem tripliciter petit. s. ver-
 bis, vel signis, vel sua complexionem, qua pro-
 na est multum ad copulam carnalem, secun-
 dum August. de Ancho. vt eum allegat Sil.
 Debitum. §. 8. Et in vtroq; credendum est in-
 cestuoso in cōfess. quia nullus præsumitur im-
 memor suæ salutis. 1. q. 7. Secunda pæna est
 q̄ mortua vxore non potest contrahere cum
 alia, vt dicitur in d. cap. 1. Fr. Ioānes Focher